

✠ In nomine domini dei salvatoris nostri Iesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo octavo (1) sed et constantino magno Imperatore frater eius anno tricesimo quinto. Die septima decima mensis ianuarii indictione undecima neapoli: Nos sergius in dei nomine etminentissimus consul et dux: Concessimus et firmamus vobis domino roccio venerabili abbati monasterii sanctorum seberini et *sosii ubi eorum venerabilia quiescunt corpora* et per vos in memorato sancto et venerabili vestro monasterio: Ut licentiam et potestatem habeatis vos et *posterii vestri* ponere et habere una paraturia ad piscandum (2) cum duas lontras in *medietate nostra partibus*
. . . quodcumque exinde habere et tollere potueritis in vestra *posterisque* vestris sint potestatem queque exinde facere volueritis. Etiam licentiam et potestatem habeant vestris hominibus quos ibidem *direxeritis* ad piscandum in ipsa medietate nostra partibus militie reditum facere et habere et ligna et palea exinde *abscindere* quantas ad eis necessum fuerit. et numquam presummimus nos aut posteris nostris nec nostris hordinatis quos in *ipsum* lacum patriense posuerimus et hordinaverimus nec alia quavis persona vobis posterisque. vestris nec ipsorum hominibus *vestris* exinde aliquod tollere aut querere nec contrare perennis ac perpetuis temporibus. et neque a nobis memorato sergio dei gratia consul et dux neque a posteris nostris qui post nos in nostro honore locoque duces accesserint nullo tempore numquam vos memorato domino roccio venerabili abbati aut posteris vestris nec memoratus sanctus vester monasterius quod absit

✠ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nell'anno trentesimo ottavo di impero del signore nostro Basilio grande imperatore ma anche nell'anno trentesimo quinto di Costantino suo fratello, grande imperatore, nel giorno decimo settimo del mese di gennaio, undicesima indizione, **neapoli**. Noi Sergio, in nome di Dio eminentissimo console e duca, abbiamo concesso e confermiamo a voi domino **roccio**, venerabile abate del monastero dei santi Severino e *Sossio dove riposano i loro venerabili corpi*, e tramite voi al predetto vostro santo e venerabile monastero, che voi e *i vostri posterii* abbiate licenza e potestà di porre ed avere una paratura per pescare con due lontre *nella metà nostra dalle parti*
. qualsiasi cosa dunque potrete avere e prendere sia pertanto in voi *e* nei vostri *posterii* la potestà di fare quel che vorrete. Abbiamo anche licenza e potestà i vostri uomini che ivi *manderete* a pescare, di fare e avere proventi e pertanto di *tagliare* legna e paglia quanta a loro fosse necessario nella stessa metà nostra dalle parti dell'esercito. E perennemente e in perpetuo, giammai dunque, presumiamo noi o i nostri posterii né i nostri subordinati, che nello stesso lago **patriense** porremo e ordineremo, né qualsiasi altra persona di togliere o chiedere qualcosa o di frapporre contrasti a voi e ai vostri posterii né agli stessi uomini *vostrii*. E né da noi predetto Sergio per grazia di Dio console e duca né dai nostri posterii che dopo di noi accederanno come duchi nel nostro onore e luogo, in nessun tempo mai voi predetto domino **roccio** venerabile abate o i vostri posterii né l'anzidetto vostro santo monastero, che non accada, abbiate dunque mai qualsiasi richiesta o molestia, in nessun modo né tramite persone

habeatis exinde aliquando quacumque requesitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. Quam concessione sicut superius legitur a nobis facta. petro primario scribere precepimus in qua et nos subter pro ampliorem eius firmitatem manus proprias subscripsimus die et indictione memorata undecima. et oc recordando firmamus ut hec omnia et ex omnibus memoratis que superius vobis concessimus et firmavimus in vestra posterisque. vestris memoratoque sancto vestro monasterio sint potestatem ad abendum in sempiternum pro frugiandum perennis ac perpetuis temporibus. et numquam presumetis vos aut posteris vestris alicui vel ubique illud dare aut cedere nec extraniare per nullum modum. et si facere presumseritis bacuum maneat nullam habeat firmitatem nostram ✠ Sergius consul et dux subscripsi ✠	subordinate, da ora e per sempre. La quale concessione, come sopra si legge, da noi fatta ordinammo al primario Pietro di scrivere. Nella quale anche noi in calce per sua maggiore fermezza di mano propria sottoscrivemmo nell'anzidetto giorno e nell'anzidetta undicesima indizione. E ciò ricordando affermiamo che ogni cosa di tutto quanto prima menzionato che sopra abbiamo concesso e confermato, in voi e nei vostri posterì e nel vostro predetto santo monastero sia facoltà di avere per sempre per goderne i frutti perennemente e in perpetuo, e giammai osiate voi o i vostri posterì a chicchessia o in qualsiasi luogo di darlo o cedere né di rinunziare in nessun modo e se oserete farlo rimanga inane e non abbia alcuna fermezza nostra. ✠ Io Sergio console e duca sottoscrissi. ✠
--	--

Note:

1) Praesens diploma ex Archivo Monasterii antiquissimi Ss. Severini et Sossii depromptum edidit Muratorius (*Antiq. M. Ae. t. I Dis. V. pag. 196*), et anno MXI. conditum autumavit, chronologicis ejusdem notis non ea quidem sagacitate expensis, qua sese omnibus probavit idem diligentissimus veterum monumentorum vestigator. Ejus error inde potissimum manavit, quod cum Pagio, Assemanio, aliisque scriptoribus annos Basilii Imperatoris supputavit ab anno 967, cujusmodi epocham falsam omnino habendam esse testantur tum Alexander de Meo (*App. Cronol. pag. 58.*) tum omnes hujusce, et superioris voluminis membranae sub eodem Imperatore Neapoli conscriptae, in quibus universis nulla sane discrepantia ab anno 960 numerantur ejusdem Principis anni. Quonam autem mense, et die fuerit ipse consalutatus Imperator, mox patefaciet adnotatio nostra ad membranam CCLX.

Cum vero Muratorius ad annum MXI nostrum hoc diploma amandasset, factum est, ut Sergium ejusdem diplomatis conditorem non alterum fuisse ab eo Sergio, cujus meminit Leonis Ostiensis Chronicon, et anno quoque MLXV. Neapoli imperitasse perperam judicaret. Sergius enim, ad quem praesens diploma pertinet, *anno XXIV sui regiminis* (quod anno 982 suscepit) *diem clausit extremum. Rexit annos XXIII. menses VIII dies XII, cui successit anno 1006 Sergius filius Beroaldi nepotis mortui Ducis Sergii*, uti memoriae prodidit Ubaldus, cujus de Neapolitanis Ducibus Chronicon praeclarissimus ille italicarum antiquitatum scriptor consulere haud potuit, cum ipsum nonnisi post hujus obitum innotuerit, et neapolitani ducatus historiae ante hac spissa admodum caligine obvolutae plurimam lucem attulerit.

2) Pratillus in dissertatione de Liburia, seu Ducatu Neapolitano (*Hist. Princ. Long. Pellegrini t. 3. pag. 252*), et complures alii nostrates scriptores cum de ejusdem Liburiae finibus sermomen habuerunt, huiusce diplomatis, quod cum Muratorio existimarunt conscriptum annuo MXI. auctoritate usi sunt, ut ostenderent Ducum Neapolitanorum ditionem occidentem versus usque ad medium lacum patriensem fuisse productam; hos vero fines Pratillus ratus est constitutos ea tempestate, qua inter Athanasium Episcopum ac Ducem Neapolitanum, et Athenulphum Capuae Principem bellum resedit, abeunte scilicet saeculo IX. Sed huic Pratilli opinationi nullo modo adstipulari videntur nonnulla monumenta, quae nos

heic commemoranda duximus. Primum quidem a nobis heic pagina 65 est diploma anni 380, Capuae conscriptum, ubi inter alia haec occurrunt: *justa aqua de laco nostro, que dicitur patriense*. Et mox: *ut licentia et potestatem habeant ipsa duos lontres in ipso lago de patria piscare in tota ipsa aqua*. Apud Muratorium vero (*Rer. Ital. Script. t. I. P. II. pag. 445*) extat diploma anni circiter 962, quo Landulphus, ac Pandulphus Principes Capuani Paulo Abbati et Monachis S. Vincentii ad Vulturum facultatem concesserunt piscandi in lacu patriensi hisce verbis: *ut pars praefati monasterii semper quando voluerint potestatem et licentiam habeant mittere ad piscandum in lacum patriensem paraturam unam cum duobus lontris et quatuor hominibus ad piscandum*. Ex utroque igitur hoc diplomate non liquet dimidium tantum lacus patriensis ad Capuanum Principatum per ea tempora pertinuisse, contra vero argui posset totum ipsum lacum Capuae Principibus fuisse subditum. Idem hoc conjici posse nobis videtur ex altero diplomate anni 948 allato ab eodem Muratorio (*o. c. pag. 446*). Ibi enim Marinus Dux Neapolitanus eidem Monasterio S. Vincentii ad Vulturum elargitus est *ecclesiam sitam in Liburia loco Pantano cum integro ipso Gualdo*, scilicet in vicinia lacus patriensis. Iam vero si tunc temporis ejusdem lacus dimidium ad ducatum Neapolitanum spectasset, nonne Monachi a Duce Marino flagitassent, ut ipsis impertiret simul cum reliquis privilegiis, et immunitatibus memorato diplomate concessis eam facultatem piscandi in ipso lacu, quam XIV post annos a Capuanis Principibus obtinuerunt?

Ex omnibus his animadversionibus censemus non posse procul dubio affirmari, a saeculi IX exitu ad annum 998 ad quem praesens diploma pertinet Neapolitanum Capuanamque ditionem finem semper fuisse medium lacum patriensem.